Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 179
Quelle:
Copyright:

Carmen Sextum nec apud *Hildebertum* nec apud *Marbodum* invenio, ideoque adſcribo, licet *Oedipo* opus habeat:

Qui ueteres renouare gradus quo carmine noſtis.
Vnde reum me quisquis iners preiudicat hoſtis.
Si priſce pietatis amor uos detinuiſſet.
Et ſeruum qui ueſter erat non deſeruiſſet.
Pro precio licet eximio non eſſet agendum.
Pontificem ſine iudicio ſic deſtituendum.
En uideo quod quidquid ago mutare poteſtis.
Sed doleo quod non ualeo uel ſcire quid eſtis.
Quid lauid (latuit?) *que cauſa fuit fuit utilis ordo.*
Qui per me quartus per nos (vos?) *fuit in decacordo.*
Jam potuit decimare quod eſt multumque benigne.
Tres cui (qui?) *uult preſtare poteſt et pſallere digne.*

Neque Carmen Septimum apud hos Autores lego.

In matutino damnatur tempore chriſtus &c.

Verſibus 8. *Horas* ſic dictas *Canonicas* percenſet.

Verſus hos excipiunt *Rhythmica* quaedam, quae partim notis etiam *muſicis* inſignita ſunt. Primum incipit:

Reſultet plebis fidelis plaudens canticis organicis ad laudem creatoris &c.

Alterum de Vitiis ita:

Octo principalia numerantur vicia
Inter que ſuperbia poſſidet principia &c.

Tertium de Incarnatione Filii Dei ſic:

Que commiſit femina luit mundus crimina
Sed redemptrix domina uite uia
Caſta parens eſt maria ut teſtatur prophetia &c.

Atque, ut nihil *Codicis* praeteream, etiam in *fol.* ei praetexto ſimilia leguntur; primo quidem *Sequentia* de Natali Domini hoc initio:

Noua gaudia et noua ſtudia et noua ſint tripudia
Nam noua ſunt ſollemnia noui regis preſentia fugiant triſtia &c.

Dein